

Eneas Silvius Piccolomini, Preisgedicht auf Friedrich III.

Carmina^a Enee, post Pii II pape, de Friderico imperatore^a.

- Incipe*^b, *Calliope*¹! Cur nunc me deseris? An non
 materias versu dignas et Apollinis arte
 Fridericus habet, cui nunc dyadematis auro
 iam caput ornatur? Dic, que ventura sit etas
 5 eius ob imperium; nam me, nisi sidera fallunt,
 spes fovet extremam damnati temporis horam
 et finem venisse novo cum cesare nobis.
 Tum sic arridens² vultum summissa decorum:
 „O nostri“ dixit „non ultima portio cetus³,
 10 nec te siderei ludunt presagia cursus
 nec spe frustraris. Nuper cum Cirria^{c4}, Tempe⁵
 Parnasique lacus Pegaseaque flumina⁶ adissem,
 iam chorus affuerat nostrarum quippe sororum⁷,
 in medio Phebus⁸. Qui me, postquam ultima veni,
 15 exposcens: ‚que causa more quove‘ inquit ‚ab orbe
 nata⁹ venis, dic nata mihi, mea cura, meum cor,
 namque nimis nobis te subtrahis.‘ Incipio tunc¹⁰:
 ‚Dive pater, fateor, longis tibi mittor ab oris¹¹.
Littore ab Oceani venio¹² Rhenique potentis
 20 urbes lustravi, Belgarum menia vidi,
 et quod Aquasgrani dicunt¹³, ubi Virginis alme

a–a) Überschrift rubriziert K, nicht rubriziert nachgetragen (II fehlt) N; keine Überschrift, Titel in der Inhaltsangabe (Cln 526, fol. 1r): Metra edita per Eneam Silvium in laudem Friderici cesaris M. b) Platz für Initiale I freigelassen K; die ganze erste Zeile (INCIPE – NV[nc]) in Majuskeln ausgeführt M. c) verbessert aus ciroia (?) K, unklar M, ciroia N.

1) Juvenal, Satire 4,34. – Komm. §1 gibt eine etymologische Erklärung des Namens Kalliope (vox bona, der Dichter müsse eine gute Stimme haben) und paraphrasiert V. 1–7.

2) Komm. §2 fasst die Antwort der Kalliope in V. 8–50 zusammen.

3) Vgl. Lukan, Pharsalia 6,593: non ultima turbæ / pars.

4) Wie Komm. §3 nahelegt, handelt es sich bei Cirria nicht um die Stadt Kyrrha an der Küste nahe Delphi, sondern um einen der (gemäß antiker Tradition) zwei Gipfel des Parnass, den Sitz Apollos.

5) Tal zwischen dem Olym und dem Ossa.